N. 8

Noverint universi quod ego Johannes de Insulis de Vinosicho parrochie Sancti Saturnini confiteor et in veritate recognosco vobis venerabili et religiose domine Alamande Dei gratia Abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde licet absenti quod teneo pro vobis et successoribus vestris in dicto monasterio quendam
campum terre mee quem habeo teneo et possideo in dicta parrochia loco vocato Mas Cremat et continet in se duas eminatas et mediam terre vel circa. Et affrontatur ab oriente in honore Johannis de Banchis a meridie similiter ab occidente in honore Petri Medici et a circio in via de Vinosicho.
Et de expletis inde provenientibus dono vobis ac dare et prestare teneor et promitto vobis fideliter unam taschiam. Et de censu quolibet anno perpetuo in festo Natalis Domini quatuor denarios barchinonenses de terno quos vobis faciebant Petro Raymundi (?) de Figueres quondam de Matamagna tenetori
cuiusdam mansi qui vobis et dicto monasterio devenit ad beneficium. Item unam peciam terre quam habeo teneo et possideo in dicta parrochia loco vocato ça Plana et continet in se tres eminatas terre vel circa. Et affrontatur ab oriente in alio honore meo quem teneo pro venerabili sacrista Monasterii
Sancti Michaelis de Crudiliis a meridie in alio honore meo quem teneo pro domino Castri de Montiliis ab occidente in torrente vocato de Barbe Veya (?) et a circio in via de Vinosicho. Et de expletis inde provenientibus dono vobis ac dare et prestare teneor et promitto vobis et dicto vestro monasterio
fideliter duas taschias. Et etiam facio inde de censu tenetori mansi Moratlli in auxilium census quem ipse tenetor vobis facit tres denarios barchinonenses de terno quolibet anno perpetuo in festo Natalis Domini quos tres denarios dictus tenetor pro vobis tenet ad feudum. Predicta recognosco vobis quod omnia terra lau-
dimia et foriscapia ex predictis provenientia et alia ad directum dominium pertinentia sunt et esse debent vestri et successorum vestrarum in dicto monasterio. Jurans sponte per Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia fore vera. Hec igitur omnia et singula supradicta facio paciscor promit-
to et iuro in manu et posse notarii infrascripti tanquam publice persone nomine vestri absentis et omnium quorum interest et intererit stipulantis et recipientis. Actum est hoc in parrochia de Sancto Saturnino septima die Marcii anno a nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo Sexto. Signum Johannis de Insulis predicti qui
hec firmo et laudo. Testes huius rei sunt Johannes de Banchis et Petrus de Vinis de Vinosicho parrochie Sancti Saturnini.

Signum Andree Calmelli notarii publici ... auctoritate regia a Jasperto de Campolongo notario publico Gerunde ... qui hec scribi fecit et clausit rasis et emendatis in viii linea ubi dicitur in parrochia.

N. 9

Noverint universi quod ego Johannes Moratlli castri de Sancto Saturnino dominus utilis et proprietatis mansi Moratlli constructi infra dictam parrochiam confiteor et in veritate recognosco vobis venerabili et religiose domine Alamande Dei gratia Abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde licet absenti quod racione dicti mansi quem
pro vobis teneo et ex quo et eius honoribus et iuribus et possessionibus consuetis habere homines et mulieres censis et alias servitutes sum et esse debeo homo proprius et solidus vester et successorum vestrarum in dicto monasterio una cum omni prole nata et nascitura et cum omnibus bonis meis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris
et in me et successoribus meis in dicto manso racione eiusdem mansi tenens et habere debens et consuetas intratas et exitas ... exorquias cugucias redempciones personarum et alias servitutes quas dominus directus alicuius mansi ... habet et habere debet in hominibus et feminis suis propriis et solidis racione
alicuius mansi ... in diocesi Gerunden de consuetudine vel de iure. Quocirca promitto vobis quod ero vobis et dominis successoribus vestris in dicto monasterio bonus fidelis et legalis de corpore ... vassallus esse debet et tenetur suo domino naturali quod non intrabo ... castrum villam vel
civitatem vel aliquem locum privilegiatum propter quem vos possitis me amittere et aliquis me liberare. Immo vos et successores vestras ... pro dominabus meis ubique reclamabo. Et pro predictis [illegible] vobis et vestris et notario infrascripto tanquam publice persone predicta omnia et singula
et etiam infrascripta a me nomine vestri absentis et omnium quorum interest ac potest et poterit interesse legitime stipulanti et recipienti ... omnia bona mea ubique ... Jurans sponte per Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula et etiam infrascripta rata
grata et firma semper habere tenere et servare ac ea attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire iure aliquo sive causa. Et pro premissis et servandis facio homagium ore et manibus comendatum venerabili Bernardo de Villari baiulo de Sancto Saturnino ipsum homagium nomine vestro et omnium
quorum interest et intererit ac potest et poterit interesse recipienti. Sic quod si contrafecero sim ipso facto periurus ... traditor iuxta forum Aragonie et Constitutiones Cathalonie generales. Item confiteor me tenere pro vobis et dicto vestro monasterio caput mansi dicti mansi scilicet hospicium aream
clausum et quintanale eiusdem et vineam que omnia sunt contigua. Et continet in se viginti eminatas terre vel circa. Et affrontatur ab oriente partim in honore mansi Mathie et partim in honore Guillermi Martini de Lapardo parrochie de Matamagna a meridie in via de Vinosicho ab occidente in honore
meo quem teneo pro sacrista Monasterii Sancti Michaelis de Crudiliis et a circio in alio honore meo quem teneo pro ... ecclesie Gerunden. Pro quibus omnibus facio vobis ac facere et prestare teneor et promitto vobis et dicto vestro monasterio quolibet anno perpetuo de censu in festo Natalis
Domini sex solidos et octo denarios barchinonenses de terno. Item confiteor me tenere pro vobis et dicto vestro monasterio tres denarios barchinonenses de terno annuales censuales et perpetuales quos quolibet anno michi facit et facere tenetur in auxilium dicti census tenetor dicti mansi Mathie de Sancto Saturnino in festo Natalis Domini
pro rechio molendini de Figueres constructo in via de Vinosicho infra dictam parrochiam. Et sex denarios dicte monete annuales censuales et perpetuales quos tenetor mansi Figueres dicte parrochie michi facit et facere tenetur quolibet anno de censu in auxilium dicti census pro dicto rechio predicti molendini de
Figueres. Et quatuor denarios ... dicte monete annuales censuales et perpetuales quos michi facit et facere tenetur quolibet anno perpetuo in auxilium dicti census Johannes de Insulis dicte parrochie pro quodam campo terre suo quem habet in dicta parrochia loco vocato ça Plana. Item confiteor me tenere pro vobis et
dicto vestro monasterio ... redditum et iura que vos recipitis et recipere consuevistis et debetis in dicta parrochia Sancti Saturnini. Predicta recognosco vobis quod omnia terra laudimia et foriscapia ex predictis provenientia et alia ad directum dominium pertinentia sunt et esse debent
vestri et successorum vestrarum in dicto monasterio. Item confiteor me tenere pro vobis et dicto vestro monasterio et pro venerabili sacrista Monasterii Sancti Michaelis de Crudiliis mediantibus equis partibus medietatem pro indiviso cuiusdam molendini mei vocati de Moratlli constructi iuxta clausum meum in via de
Vinosicho infra parrochiam de Sancto Saturnino. Pro quaquidem medietate predicti molendini facio vobis ac facere et prestare teneor et promitto vobis et dicto vestro monasterio quolibet anno perpetuo de censu in festo Natalis Domini unam gallinam. Et in festo Sanctorum Petri et Felicis tres cartas ordei boni pulcri
sicci et mundi ad mensuram de Montiliis. Predicta recognosco vobis quod omnia terra laudimia et foriscapia ex predicta medietate dicti molendini provenientia sunt et esse debent vestri et dicti vestri monasterii ... sacriste et successorum suorum in eius sacristia mediantibus equis partibus. Item confiteor me tenere pro
aliis dominis terras et possessiones subscriptas que sunt de pertinenciis dicti mansi. Et primo confiteor me tenere pro dicta dignitate ... quandam peciam terre mee quam habeo teneo et possideo in parrochia de Matamagna supra clausum meum. Et affrontatur ab oriente in honore meo quem
pro vobis teneo et ab occidente in honore mansi de Casadevall. Item confiteor me tenere pro ... sacrista Monasterii Sancti Michaelis de Crudiliis ... medietatem pro indiviso dicti molendini vocati Moratlli et alia medietas tenetur pro vobis et dicto vestro monasterio. Item confiteor me tenere pro dicto sacrista quan-
tam quandam possessionem terre mee quam habeo teneo et possideo in parrochia de Sancto Saturnino loco vocato Falgueres. Et affrontatur ab oriente in alio honore meo quem pro vobis teneo et ab occidente in honore mansi de Casadevall. Item confiteor me tenere pro libero et franco alodio quandam possessionem
terre mee quam habeo teneo et possideo in dicta parrochia de Matamagna loco vocato Bosc de Busquets. Et affrontatur ab oriente partim in honore Guillermi Martini de Lapardo et partim in honore Raymundi Vilar de Matamagna et ab occidente in honore Nicholai ... de Mas dicte par-
rochie de Matamagna ... dicti iure predicta omnia fore vera. Actum est hoc in parrochia de Sancto Saturnino septima die Marcii anno a nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo Sexto. Signum Johannis Moratlli predicti qui hec firmo et laudo. Testes huius rei sunt Petrus Medici
et Petrus de Vinis de Vinosicho parrochie Sancti Saturnini.

Signum Andree Calmelli notarii publici ... auctoritate regia a Jasperto de Campolongo notario publico Gerunde ... qui hec scribi fecit et clausit cum raso et emendato in xxii linea ubi dicitur in parrochia.

T.552 X 650 Libro 21 n° 118 p. 40-53 7-37402

AC f. 299v Nro 8 del plec visè de S. Salvador

M02.4

Nro 8 del plech visè de S. Salvador

n° 10968